



---

# Aufgabe 1

## TRANSKRIPTION



1. Illosque evitare nedum est difficile sed fere impossibile rerum gerunt
2. gubernacula et proinde supplicaverunt nobis multorum Consiliariorum Regni nostri illos promoventibus Ut huius Regie nostre sedis et prime Regni nostre Ci
3. vitatis rationem benignam habere illosque ab eius constitutionis rigore eximere dignaremur Nos vero tametsi perpendamus Cives nostros Cracovienses pre
4. aliis Civibus Civitatum Regni nostri singularibus preeminere privilegiis quippe qui et presentiam Curie nostre nuntiorum externorum multorumque adve
5. narum ad nostram Curiam venientium perferunt quique et in Consiliis publicis in Conventibus Regni generalibus locum obtinent non usque quaque equandos
6. esse aliis plebeis Regni nostri quos illa constitutio afficit